(B) E/3398 postulat ut schema aliqua dicat de necessitate multiplicitatis formarum associationum in campo internationali. Textus additus est in hoc sensu.

**IV** *Modi generales*: 92 – 1. Ille numerus deberet locum invenire pag. 43, lin. 10 (1 Pater).
R. – Non admittitur quia in hoc loco, in fine scilicet capitis, melius intelligitur sensus generalis huius numeri et ordo rerum approbatus est.
– 2. Numerus tollatur quia exclusivus (1 Pater).
R. – Revera numerus e contra commendat primo aestimationem omnium consociationum.
*Modi particulares*: 93 – Pag. 45, lin. 8: Loco «hierarchia» scribatur: «*Conferentia episcopalis*» (1 Pater).
R. – Non admittitur quia verbum «hierarchia» melius respondere videtur diversis condicionibus associationum.
94 – Pag. 45, linn. 8-9: Legatur: «... quas Hierarchia, *ob eorum cum ipsa arctiorem coniunctionem promoverit*, vel secundum temporum etc. ...», quia rationes allatae sunt nimis sociologicae et desideratur ratio theologica (1 Pater).
R. – Non agitur hic de rationibus theologicis, sed de rationibus contingentibus pro quibus hierarchia commendat talem vel talem consociationem.
95 – Pag. 45, linn. 14-16: Legatur sic: «Inter illas vero hodie praesertim *fovendi* sunt consociationes vel coetus internationales catholicorum *quibus munus incumbit viribus unitis adlaborare ne communitas gentium iuxta Christi doctrinam extruatur*» (8 Patres); vel, post verbum «catholicorum»: «*qui fovent catholicitatem et unitatem Ecclesiae*» (9 Patres).
R. – Non admittitur, quia Coetus internationales habent etiam alia obiecta.
96 – Pag. 45, linn. 14-16: Auferantur verba de associationibus internationalibus, quia periculum est ut constituatur aliquid super Hierarchias locales (1 Pater).
R. – Non admittitur propter evidens momentum horum consociationum et periculum non patet.

| I | II |
| --- | --- |
| [cf. n. 31, p. 20, ln. 21-24] | [cf. n. 19, p. 17, ln. 9-11] |
| [cf. n. 31, p. 20, ln. 25-29] | [cf. n. 19, p. 17, ln. 12-15] |
| [cf. n. 31, p. 20, ln. 30-34] | [cf. n. 19, p. 17, ln. 16-20] |

---

**III** *Ad num. 22*: (A) Commissio aestimavit verba de laicis qui speciali titulo servitio Ecclesiae addicuntur in hoc caput poni debere, quia hoc servitium respicit et apostolatum individualem et apostolatum in associationibus. Non tamen agitur solum de iis, ut E/3299 putat, qui gratis suum servitium praestant. De consulto evitatur terminus ab eodem E/3299 propositum: «laici auxiliares».

(B) E/3400 et E/3402 putant delenda esse verba «ne eorum condicio iuridica indefinita relinquatur», cum sit omnino definita. Sensus horum verborum in textu emendato clarius patet.

**IV** 97 – Pag. 45, lin. 21: Post «ad tempus», addatur: «*quandoque etiam gratuito*» (1 Pater).
R. – Non admittitur, melius est non insistere.
98 – Pag. 45, lin. 19: Loco «speciali honore» scribere «*maximo* honore» (1 Pater).
R. – Non admittitur, textus satis dicit.
99 – Pag. 45, lin. 24: Post verba augetur, addere: «*qui fortunam, condicionem socialem, professionalem progressum persaepe pro minimo habentes proprium ministerium…*».

III [n. 22, **45**, 17-36]

17 22.

[*De laicis qui speciali titulo servi-*
18 *tio/Ecclesiae addicuntur*] (A).

19 Speciali honore et/commenda-
tione in Ecclesia digni sunt lai-
20 ci,/sive caelibes sive matrimonio
21 iuncti, qui per**p**etuo aut ad tem-
22 pus servitio institutionum/*ea-*
*rumque* operum seipsos, sua
23 peritia «pro**f**essionali», *devovent*.
24 Eidem magni gaudii est/quod in
dies numerus laicorum augetur,
25 qui/proprium ministerium prae-
26 bent associationi**b**us et operibus
27 apostolatus, sive intra fines/suae
nationis sive in *campo* interna-
28 tionali sive/praesertim in catho-
29 licis communitatibus mis**s**io-
num *et ecclesiarum novellarum*.
30 Pastores Ecclesiae hos laicos
31 *libenter* et/grato animo reci-
32 piant, curent *ut* eorum con**d**icio
*exigentiis* iustitiae (B), aequita-
33 tis et cari**t**atis *quam maxime sa-*
34 *tisfaciant, praesertim*/quoad ho-
nestam *eorum*
35 sustentationem fami**li***arumque,*
36 *ipsique* necessaria institutione,
spi**r**ituali solamine et incita-
mento *gaudeant*.

IV [n. 22, **624**, 30-40]

22. 30

98 Speciali honore et commenda-
tione in Ecclesia digni sunt lai-
ci, sive/caelibes sive matrimonio 31
97 iuncti, qui perpetuo aut ad tem-
pus servitio institu**t**ionum ea- 32
rumque operum seipsos, sua
peritia professionali, devovent.
Eidem/magno gaudio est quod in 33
99 dies numerus laicorum augetur,
100 qui proprium/ministerium prae- 34
bent associationibus et operibus
apostolatus, sive intra fines/suae 35
nationis sive in campo interna-
tionali sive praesertim in catho-
licis com**m**unitatibus missio- 36
num et ecclesiarum novellarum.
Pastores Ecclesiae hos laicos 37
libenter et grato animo reci-
piant, curent ut/eorum condicio 38
exigentiis iustitiae, aequita-
101 tis et caritatis quam maxime sa-
102 tis**f**aci*at*, praesertim quoad ho- 39
103 nestam eorum *familiarumque*
sustentationem,
ipsique necessaria institutione, 40
spirituali solamine et incita-
104 mento gaudeant.

---

R. – Non admittitur. Abnegatio illorum subintelligitur per verbum «devovent».
100 – Pag. 45, lin. 25: Post «praebent», legere: «*Ecclesiasticis communitatibus*, associationibus et operibus apostolatus» (2 Patres).
R. – Non admittitur, quia hoc includitur in verbo «operibus».
101 – Pag. 45, lin. 33: Pro «satisfaciant» scribatur «satisfaciat» (1 Pater).
R. – Admittitur.
102 – Pag. 45, linn. 34-35: Deleantur verba: «praesertim etc.…», quia sufficienter hoc dicitur verbis «exigentiis iustitiae» (1 Pater).
R. – Non admittitur quia praecisiones istae videntur omnino necessariae.
103 – Pag. 45, linn. 34-35: Scribatur: «quoad honestam eorum familiarumque sustentationem» (1 Pater).
R. – Admittitur.
104 – Pag. 45, lin. 36: Post verba «gaudeant» addatur: «*Peculiaris huius servitii ratio etiam eo appareat, quod formae illud ineundi evolvuntur, quae coniunctionem servitii cum missione Ecclesiae exprimunt*» (1 Pater).
R. – Non admittitur, quia: 1) est idea nova; 2) agitur de praxi de qua statuere potest conferentia episcopalis.

| I | II |
|---|---|
| | Caput V<br>De ordine servando |
| [cf. n. 23, p. 15, ln. 1] | [cf. n. 20, p. 17, ln. 21] |
| [cf. n. 23, p. 15, ln. 1-7] | [cf. n. 20, p. 17, ln. 21-27] |

**III** *Ad num. 23*: (A) E/3401 desiderat, ut sermo sit magis theologicus, minus iuridicus. Suggestio placet Commissioni, quae ad hunc finem anticipat aliqua verba ex numero olim 20.

**IV** 1 – Unus Pater: In toto capite melius vitetur impressio quasi notio apostolatus restringatur ad apostolatum consociatum.
R. – Primus numerus hoc respicit explicite (n. 23, pag. 52, lin. 2).
2 – Pag. 52, lin. 1: Initio ponatur 1ª phrasis in num. 25. «Prae oculis habeant Episcopi, parochi, ceterique sacerdotes… proprias partes habere» (1 Pater).
R. – Non admittitur; nam illa phrasis respicit tantum pastores, quod est proprium illius numeri, non totius capitis.
3 – Pag. 52, linn. 1-4: Incipiat numerus ita: «Laicorum apostolatus *recte* ordin*ari* debet *in organica activitate* totius Ecclesiae». Ne apostolatus laicorum videatur specifice distinctus ab apostolatu totius Ecclesiae; vel Ecclesiae notio restringi ad Hierarchiam (2 Patres).
R. – Non admittitur; nam contraria interpretatio videtur clare contineri in textu.
4 – Pag. 52, lin. 5: Addatur post «immo»: «*debita oboedientia et*», quia experientia comprobat hoc propter periculum inoboedientiae convenire (1 Pater).
R. – Non admittitur; nam contrariam textus orientationem plures Patres postulaverunt.
5 – Pag. 52, lin. 6: Scribatur loco «regere»: «*pascere*», quia melius congruit tex-

| | III [n. 23, **52**, 1-15] | | IV [n. 23, **625**, 1-9] | |
|---|---|---|---|---|
| | Caput V | 1 | Caput V | |
| | De ordine servando | | De ordine servando | |
| **52** | 23. | | 23. | **625** |
| | [*Introductio*] (A). | | | |
| 2 | *Laicorum apostolatus, sive a sin-* | 2,3 | Laicorum apostolatus, sive a sin- | |
| 3 | *gulis sive a consociatis christifi-* | | gulis sive a consociatis christifi- | |
| | *delibus exerceatur, recto ordine* | | delibus exerceatur, recto ordine | 2 |
| 4 | *insertus esse/debet in apostola-* | | insertus esse debet in apostola- | |
| 5 | *tum totius Ecclesiae; immo/con-* | 4 | tum totius Ecclesiae; immo con- | 3 |
| | *iunctio cum eis, quos Spiritus* | | iunctio cum eis, quos Spiritus | |
| 6 | *Sanctus posuit regere Ecclesiam* | 5 | Sanctus posuit regere Ecclesiam | 4 |
| 7 | *suam* (cf. *Act*. 20, 28),/*elementum* | 6 | *Dei* (cf. *Act*. 20, 28), elementum | |
| | *essentiale apostolatus christiani* | | essentiale apostolatus christiani | |
| | *est*. | 7 | est. | |
| 8 | *Non minus necessaria est coope-* | 8 | Non minus necessaria est coope- | 5 |
| 9 | *ratio inter varia/apostolatus in-* | | ratio inter varia apostolatus in- | |
| | *cepta, pariter ab Hierarehia ordi-* | 9,10 | cepta, *congrue*/ab Hierarehia or- | 6 |
| 10 | *nanda*. | | dinanda. | |
| 11 | *Etenim* ad promovendum spi- | | Etenim ad promovendum spi- | 7 |
| 12 | ritum unitatis, *ut in toto aposto-* | | ritum unitatis, ut in toto aposto- | |
| 13 | *latu Ecclesiae* splendeat/caritas | | latu Ecclesiae splendeat caritas | 8 |
| | fraternitatis, fines communes | | fraternitatis, fines communes | |
| 14 | obtineantur ac perniciosae ae- | | obtineantur ac perniciosae ae- | 9 |
| 15 | mulationes vitentur, *requiritur* | | mulationes vitentur, exigitur | |

tui graeco (1 Pater).
R. – Non admittitur; retineatur textus Vulgatae.
6 – Pag. 52, lin. 6: Scribatur loco «suam»: «*Dei*» (2 Patres).
R. – Admittitur.
7 – Pag. 52, lin. 7: Addatur post «est»: «*Huiusmodi autem coniunctio non destruat illam laicorum in actione apostolica libertatem quam agnoscit Constitutio dogmatica "Lumen gentium"* (n. 37)». Ita melius consonat nostrum decretum huic Constitutioni (1 Pater).
R. – Non admittitur; nam desiderata consonantia contineri videtur aperte in textu.
8 – Pag. 52, linn. 8-9: Deleatur phrasis, ne notio apostolatus restringi videatur ad apostolatum consociatum (1 Pater).
R. – Non admittitur; cf. supra quae dicta sunt in animadversione ad totum caput.
9 – Pag. 52, lin. 9: Deleatur: «pariter ab Hierarchia ordinanda». Ne nimis sublineetur munus ordinandi Hierarchiae; neque omnis cooperatio provenit ab Hierarchia (9 Patres).
R. – Non admittitur; distinguitur clare inter cooperationis officium quod omnibus incumbit, et ordinationis quod ultimatim pertinet ad Hierarchiam.
10 – Pag. 52, lin. 9: Loco «pariter» dicatur: «*congrue*» (2 Patres).
R. – Admittitur.

| I | II |
| --- | --- |
| [cf. n. 23, p. 15, ln. 8-10] | [cf. n. 20, p. 17, ln. 28-30] |

---

**IV** 11 – Pag. 52, lin. 17: Post «propria indole» addatur «*propriaque autonomia*» (1 Pater).

R. – Non admittitur: sufficienter continetur in cap. IV, nn. 18 et 19.

12 – Pag. 52, lin. 17: Omittantur verba «servata uniuscuiusque propria indole», quia verba sunt superflua; immo periculosa, nam bona coordinatio adaptationem formarum postulare poterit (1 Pater).

R. – Non admittitur; restringeret enim textum a plurimis Patribus approbatum.

13 – Pag. 52, linn. 21-24: «Quod maxime... laicorum» dicatur: «Quod maxime... cooperationem apostolicam cleri saecularis et *institutionum religiosarum necnon et laicatus*» (1 Pater).

III [n. 23, **52**, 15-24]

*omnium formarum apostolatus*
16 *in Eccle***s***ia* mutua aestimatio et
17 – servat**a** uniuscuius**q**ue propria 12
indole – apta coordinatio.[1] 11
21 Quod maxime convenit, cum
22 peculiaris/actio *in Ecclesia* re-
23 quirit harmoniam et *coope***r***atio-*
*nem* apostolicam cle- 14,16
24 ri saecularis et regu**l**aris, *cetero-* 13,15
*rum* religiosorum et *laicorum*.

IV [n. 23, **625**, 9-13]

omnium formarum apostolatus
in Ecclesia/mutua aestimatio et 10
– servata uniuscuiusque propria
indole – apta coor**d**inatio.[1] 11
Quod maxime convenit, cum 12
peculiaris actio in Ecclesia re-
quirit/harmo**n**iam et cooperatio- 13
nem apostolicam *utriusque* cle-
ri,
religiosorum et laicorum.

---

**III, IV** [1] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quamvis Nostra,* 30 apr. 1936: *A.A.S.*, 28 (1936), pp. 160-161.

---

R. – Non admittitur: restringeretur sensus textus a Patribus acceptati; cf. etiam sequentem modum.

14 – Pag. 52, lin. 23: Loco «saecularis» dicatur «*dioecesani*»; propter exemplum aliorum Schematum (11 Patres).

R. – Dicatur «utriusque cleri».

15 – Pag. 52, lin. 23: Loco «et regularis, ceterorum religiosorum» dicatur: «*religiosi*» (1 Pater).

R. – Dicatur «religiosorum».

16 – Pag. 52, lin. 22: Dicatur «cooperationem *laicorum cum* clero saeculari et regulari, *ceterisque religiosis*» (1 Pater).

R. – Dicatur «utriusque cleri, religiosorum et laicorum».

| I [n. 15, 83, **13**, 4-6; **45**, 14-15] | II [n. 18, **15**, 18-23] |
|---|---|
| **13** [15.] | 18. 18 |
| [*Diversae ad Hierarchiam relationes*]. | [*De relatione ad Hierarchiam*]. |
| 5 Sacrae Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere, 6 principia, spiritualia subsidia et praecepta pro rei opportunitate afferre. | Sacrae Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere, [A] 19 principia, spiritualia subsidia, et pro rei opportunitate 20 etiam praecepta afferre, atque, ut ordo servetur, invigilare. [B-D] |
| [83] **45** [cf. ln. 14-15] | Cum autem agitur de operibus et institutionibus ordinis 21 temporalis, [E] munus est eccle- 22 siasticae Hierarchiae pro catholicis authentice interpretari et 23 enucleare ordinis moralis principia; [cf. 22-23] |
| 14 Ordinis moralis principia authentice interpretari et 15 enucleare/munus est ecclesiasti- | |

---

**II** [A] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/307] vellet ut omittatur phrasis: «Sacrae Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere...», quia hoc postea (in N. 19) invenitur quoad particulares aspectus.

R/ Commissioni tamen assentiendum non videtur, quia volumus exponere principium generale, antequam de modis particularibus sermo fiat in N. 19.

[B] Duo Patres [E/2160] vellent ut maiore in luce ponatur relatio ad Hierarchiam. Clare affirmentur momentum et utilitas interventus Hierarchiae, ad procurandam coordinationem virium christianarum, ad protegendos fideles ab errore. Hic interventus, nedum laedat libertatem laicorum, eam e contra tuetur et extollit.

R/ In textu tam brevi non possumus omnia dicere, attamen, ut satisfiat aliquomodo isti observationi, addidimus ad textum: «... atque, ut ordo servetur, invigilare».

[C] Aliquis Pater [E/342] notat munus Sacrae Hierarchiae relate ad laicorum apostolatum non esse tantummodo fovere et principia, subsidia, praeceptaque afferre, sed etiam vigilare et dirigere iuxta diversas eiusdem apostolatus formas.

R/ Commissio libenter assentit huic emendationis et inserit ín textu: «... atque, ut ordo servetur, invigilare».

Alius Pater [E/413] addere vellet: «Consequenter in apostolatu laicorum nihil faciendum est sine Episcopo cui competit auctoritas et iudicium finale in his rebus».

R/ Hoc revera est consequentia quae ex textu provenit, sed in textu tam brevi non possumus omnia repetere; dictum est enim iam in n. 6 «sine episcopo nihil» faciendum esse in apostolatu.

[D] Alicui Patri [E/413] etiam videtur adesse praetermissionem gravem. Vellet ut declaretur apertis verbis ad Episcopum pertinere in dioecesi auctoritatem et munus pastorale relate ad apostolatum. Hoc principium imponit rationem agendi concretam ex parte Ordinum religiosorum, quorum ministerium nequit esse extra ambitum ordinationum pastoralium ab Episcopo prolatarum.

R/ De relatione inter Episcopum et religiosos pertinet ad schema «De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia».

III [n. 24, **52**, 26-31]

26 24.

[*De relatione ad Hierarchiam*] (A).

27 Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere,
28 principia *et* subsidia spiritualia
29 *dare, eiusdem/apostolatus exercitium ad bonum commune*
30 *Ec***c***lesiae ordinare* atque, ut ordo servetur, invi-
31 gilare (B).
[cf. p. 53, ln. 33-42]

IV [n. 24, **625**, 14-16]

17 24. 14

18,19 Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere,
principia et subsidia/spiritualia 15
praebere, eiusdem apostolatus exercitium ad bonum commune
20 Ecclesiae ordinare atque, ut 16
doctrina et ordo serventur, invi-
21 gilare.
[cf. p. 626, ln. 24-29]

---

[E] Unus Pater [E/413] magis in lucem proferre vellet partes pertinentes ad Hierarchiam relate ad actionem laicorum in re temporali, nam experientia docet existere complexus difficultatum qui necessarios reddant nexus cum Hierarchia.

R/ In hac redactione et quidem in secunda paragrapho numeri explicite agitur de munere Hierarchiae in casibus quando agitur de operibus et institutionibus ordinis temporalis.

**III** *Ad num. 24*: (A) E/3400 proponit ut ea quae in primo commate dicuntur, restringantur ad instituta ecclesiastica. Commissio non mutavit textum in hoc sensu quia latius patet.

(B) E/3276, E/3317 et E/3323 desiderant ut ea quae de praeceptis dicuntur, magis rationem libertatis habeant. Textus ita temperatus est.

**IV** 17 – Est funditus reformandus hic numerus 24. Nimiam libertatem laicis concedit (1 Pater).
R. – Contrarium placet maiori parti Patrum.
18 – Pag. 52, lin. 26: Initio ponatur paragraphus: «*Hierarchia ius et officium habet omnia quae ad apostolatus ordinem pertinent, moderandi* (*nota*: cf. Constit. “Lumen Gentium”, n. 27); *ergo eius est…*» (2 Patres).
R. – Non admittitur: videtur sufficienter contentum in textu; suggestio accentum a maiore parte Patrum desideratum mutaret.
19 – Pag. 52, lin. 27: Dicatur: «Hierarchiae est, *sicut sacerdotum et religiosorum, ita etiam* laicorum apostolatum fovere…». Melius ita effertur munus episcopi fovere universum apostolatum (1 Pater).
R. – Non admittitur; quia hic de relatione ad apostolatum laicorum pressius sermo est.
20 – Pag. 52, lin. 30: Post «ut» addatur: «*doctrina et*» (1 Pater).
R. – Admittitur.
21 – Pag. 52, lin. 31: Post «invigilare» dicatur, sicut in textu priore [cf. ln. 19-20], «*et pro rei opportunitate etiam praecepta afferre*» (1 Pater).
R. – Non admittitur; propter ambiguitatem de industria omissum fuit.

I [n. 83, 15-17, **45**, 15-19; **13**, 2-13]

cae Hierarchiae, cui etiam fas
16 est iudicare,/omnibus rite per-
pensis et cum auxilio perito-
rum, de conformitate
17 operum et institutionum ordinis
temporalis cum principiis mo-
18 ra**l**ibus et decernere de eis quae
ad ordinis supernaturalis bona
19 cu**s**todienda et promovenda re-
quiruntur.
[15] Apostolatus lai**c**orum, si-
**13** ve ipsi singuli, sive consociati
3 agunt, quoad Hierarchiam/va-
rios relationis modos
admittit, ra-
4 tione obiecti, vel iuxta diver**s**as
eiusdem apostolatus formas.

[16] Plurima inveniun**t**ur in
8 Ecclesia incepta apostolica,
quae laicorum libera electione
9 constituuntur et eorum pruden-
ti iudicio exercentur,
praesertim
10 cum agitur de ordine temporali
christiane animando, salvo tamen
11 Hierarchiae iure invigilandi.[2]

[17] Nullum autem inceptum no**m**en
13 catholicum sibi vindicet, nisi
implicite vel explicite con-

II [n. 18, **15**, 23 – **16**, 5]

Ipsi etiam fas
est iudicare,/omnibus rite per- 24
pensis et auxilio adhibito perito-
rum, de conformitate/talium 25
operum et institutionum
cum principiis mo-
ralibus et decernere/de eis quae 26
ad ordinis supernaturalis bona
custodienda et promovenda/re- 27
quiruntur.
Apostolatus laicorum ideo, si- 28
ve ipsi singuli, sive consociati
agunt,/quoad Hierarchiam va- 29
rios relationis modos
admittit, ra-
tione obiecti,/vel variarum 30
eiusdem apostolatus formarum.

Plurima inveniuntur in 31
Ecclesia incepta apostolica,
quae laicorum/*libera electione* **16**
*constituuntur* et eorum pruden-
ti iudicio exercentur. [F]
Huiusmodi incepta aliquando 2
Hierarchia laudat et commen-
dat, quia/quibusdam in adiunc- 3
tis missio Ecclesiae per ea me-
lius adimpleri pot**e**st.[14] 4

Nullum autem inceptum nomen
catholicum sibi vindicet, nisi
implicite [G] vel explicite con- 5

---

**I**[2], **II** [14] Cf. S. C. CONCILII *Rescript. circa Societatem S. Vincentii a Paulo*, 13 nov. 1920: *A.A.S.*, 13 (1921), pp. 137-140.

---

**II** [F] Vigintiquinque Patres [?] vellent ut post phrasim: «Plurima inveniantur in Ecclesia incepta apostolica, quae laicorum libera electione constituantur et coram prudenti iudicio exercentur» supprimatur clausula: «praesertim cum agatur de ordine temporali christiane animando», ut melius respectetur libertas laicorum in constituendis aliis inceptis.

R/ Commissio libenter expungenda censuit illa verba.

[G] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/307] et unus Pater [E/342] petunt ut tollatur vocabulum «implicite», quia videtur periculosum admittere principium de «implicito consensu auctoritatis Ecclesiasticae»; ergo quocumque incepto quod nomen catholicum habere vult, debet accedere explicite consensus auctoritatis ecclesiasticae.

R/ Commissio, post longam et maturam disceptationem, iudicavit consensum implicitum seu tacitum sufficientem esse; et de facto multis in locis ita evenit.

**IV** 22 – Pag. 52, lin. 36: Omittatur «in Ecclesia», quia statum iuridicum in Ec-

III [n. 24, **52**, 32 – **53**, 7]

32 Va-
rios *quidem* modos
33 relationum ad Hie**r**archiam apo-
stolatus laicorum admittit re-
34 spectu /variarum
eiusdem apostolatus formarum
35 et ob**i**ect*orum*.
36 Plurima *enim* inveniuntur in
37 Ecclesia in**c**epta apostolica
quae laicorum libera electione
**53** constituuntur et eorum pruden-
2 ti iudicio *regun**t**ur*.
Huiusmodi incepta in quibus-
3 dam adiunc**t**is missio*nem laico-*
4 *rum in Ecclesia* melius im**p**lere
*possunt, et proinde* non *ra-*
5 *ro ab* Hierar**c**hia laudan*tur* vel
commendan*tur*.[2]
6 Nullum/autem inceptum nomen
7 catholicum sibi vindi**c**et, nisi
implicite vel explicite con-

IV [n. 24, **626**, 1-7]

Va- **626**
rios quidem modos
relationum ad Hierarchiam apo-
stolatus laicorum/admittit se- 2
cundum varias
eiusdem apostolatus formas et
obiecta.
22 Plurima enim inveniuntur in 3
Ecclesia incepta apostolica
quae laicorum/libera electione 4
constituuntur et eorum pruden-
23 ti iudicio reguntur.
25 Huiusmodi/*inceptis in quibus-* 5
24 *dam adiunctis missio*
*Ecclesiae melius impleri*
*potest, et/proinde ipsa* non raro 6
ab Hierarchia laudantur vel
commendantur.[2]
Nullum/autem inceptum nomen 7
catholicum sibi vindicet, nisi
26 con-

**III, IV** [2] Cf. S. C. Concilii Rescript. circa *Societatem S. Vincentii a Paulo*, 13 nov. 1920: *A.A.S.*, 13 (1921), pp. 137-140.

clesia non habent (1 Pater).
R. – Non admittitur; possunt enim esse «in Ecclesia» sine proprio statu iuridico.
23 – Pag. 53, linn. 1-2: Post «reguntur» scribatur «*et ad animationem ordinis temporalis referuntur*» vel similiter (1 Pater).
R. – Non admittitur; esset restrictio textus approbati illegitima.
24 – Pag. 53, linn. 2-4: Non est clara constructio grammaticalis (1 Pater).
R. – Scribatur: «*Huiusmodi inceptis in quibusdam adiunctis missio Ecclesiae melius impleri potest, et proinde ipsa*».
25 – Pag. 53, lin. 2: Dicatur post «incepta»: «*sive prius de facto quam de iure existentia sive sub iure civili diversarum nationum constituta, in quibusdam...*» (1 Pater).
R. – Non admittitur; non convenit hoc loco descendere in quaestiones iuridicas particulares.
26 – Pag. 53, lin. 7: Omittantur verba «explicite vel implicite» (1 Pater). Omit-

| | I [n. 17-19, **13**, 13-23] | II [n. 18, **16**, 5-13] | |
|---|---|---|---|
| 14 | sen**s**us accesserit legitimae auc- | sensus accesserit legitimae auc- | |
| | toritatis ecclesiasticae. | toritatis eccle**s**iasticae. | 6 |
| [18] | Aliquando a Sacra Hierarchia | Aliquando ab Hierarchia | 7 |
| 16 | quaedam laicorum apostola- | quaedam laicorum apostola- | |
| | tus formae | tus formae | |
| | insti- | *a iure Ecclesiae* | 8 |
| 17 | tuuntur vel agnoscun**t**ur aut | *recognoscuntur*. | |
| | commendantur. | | |
| [19] | Est et alius actus quo ecclesia- | Insuper ecclesia- | 9 |
| 19 | stica aucto**r**itas propter necessi- | stica auctoritas propter necessi- | |
| | tates boni communis Ecclesiae, | tates boni commu**n**is Ecclesiae, | 10 |
| 20 | specialem di**r**ectionem et re- | specialem re- | |
| | sponsabilitatem assumit ali- | sponsabilitatem assumit ali- | |
| 21 | cuius incepti apostolici/laico- | cuius incepti apo**s**tolici laico- | 11 |
| | rum, sive quoad singula sive | rum, sive a singulis sive | |
| | quoad coetus, | a coetibus exequendi, quod | |
| | in finem spiritua- | in finem [I]/immediate spiritua- | 12 |
| 22 | lem intenti. | lem intendit. | |
| | Ita Hierarchia apostolatum lai- | Ita Hierarchia apostolatum lai- | |
| 23 | corum, iuxta adiuncta/diversi- | corum,/iuxta adiuncta diversi- | 13 |

---

tantur verba «implicite» (alter Pater).
R. – Non admittitur; nam mutatio interpretationibus non desideratis faveret.

**II** [H] *De mandato*

Aliquis Pater [E/530] optaret ut non fiat locutio de «mandato», quia a) documenta Magisterii illud adhibent sensu diverso; b) theologi nondum sufficienter conceptus elaboraverant; c) praeter missionem canonicam est inutilis adhibere novum hoc elementum ut apostolatus laicorum authentificetur, quia ille fluit ex sacramentis Baptismatis et Confirmationis, quae illum etiam authentificant. Omnis baptizatus ipso facto habet mandatum ad apostolatum, in dependentia a suo Episcopo.

Alius Pater [E/280] e converso dicit bene distingui inter «mandatum» et «missionem canonicam». De mandato autem optanda esset quaenam alia distinctio in ipso textu, dicendo mandatum posse conferri a Hierarchia pro una associatione in genere in tali territorio sive nationali, sive dioecesano, et etiam nominatim pro quibusdam laicís inter duces et dirigentes talis associationis.

Unus Pater [E/405] assentit mandatum bene clareque a missione canonica distingui, sed in utroque casu optatur ut quaedam iuridica existentia apostolatus laicorum definienda esset; publica promissio Ecclesiam serviendi ab istis laicis petenda esset ita ut quemdam iuridicum statum in corpore habeant Ecclesiae.

Alius Pater [E/353] admittit differentiam inter mandatum et missionem canonicam esse claram, non tamen exempla, quae in notis habentur, quia administratio bonorum temporalium Ecclesiae et praedicatio verbi Divini, sunt activitates propriae cleri.

Unus Pater [E/413] scribit notam et exempla feliciter declaravisse distinctiones lucidas in rebus in quibus confusio maxime est nociva.

Denique vigintiquinque Patres [?] novam redactionem proponunt: «Ut munus apostolicum secundum necessitates (boni communis Ecclesiae) recte ordinetur, potest auctoritas legitima aliquos laicorum coetus, propria natura servata, vel et singulos christifideles, per actum qui mandatum dicitur, vocare ad intimiorem (vel officialem) participationem apostolatus hierarchici Ecclesiae, in campum vel modum determinatum».

III [n. 24, **53**, 7-18]

8 sensus acces**s**erit legitimae auctoritatis ecclesiasticae (C).

9 Quaedam laicorum apostola-
10 tus formae,/*variis quidem mo-*
11 *dis*, ab Hierarchia *explicite* agnoscuntur (D).

12 *Potest* insuper ecclesia-
13 stica auctoritas, prop**t**er *exigentias* boni communis Ecclesiae
14 *ex con**s**ociationibus et* inceptis
15 apostolicis, immediate/finem spiritualem intend*entibus, ali-*
16 *qua eligere/et particulari modo*
17 *promovere, in quibus* spe**c**ialem assumit «responsabilitatem».

18 Ita Hie**r**archia, apostolatum iuxta adiuncta diversi-

IV [n. 24, **626**, 7-15]

sensus accesserit/legitimae auc- 8
27 toritatis ecclesiasticae.

28 Quaedam laicorum apostola- 9
tus formae, variis quidem modis, ab Hierar**c**hia explicite 10
29 agnoscuntur.

Potest insuper ecclesia- 11
stica auctoritas, propter exigentias boni communis/Ecclesiae, 12
ex consociationibus et inceptis
30 apostolicis immediate finem spiri**t**ualem intendentibus, ali- 13
qua eligere et particulari modo
promovere in qui**b**us specialem 14
assumit responsabilitatem.

31 Ita Hierarchia, apostolatum iuxta/adiuncta diversi- 15

---

R/ Commissio, omnibus perpensis et levi correctione, tenuit textum uti iacebat et etiam notam explicativam.

[I] Septem Patribus [E/2254] insufficiens videtur determinatio «in finem spiritualem intenti», quia valet de omni incepto apostolico qua tali. Dicatur ergo «*immediate* in finem spiritualem intenti».

R/ Commissio libenter assentit isti rectae observationi et inseruit ergo vocabulum «immediate».

**III** (C) Ea quae dicuntur de associationibus liberis ita mutantur, ut libertas clarius efferatur, ut E/3323 desideravit, contra E/3305, qui desiderat ut magis restringatur, omittendo verba «implicite vel...».

(D) Commissio approbat suggestionem E/3410; ut verba «a iure Ecclesiae» utpote superflua, omittantur; additur tamen, ad instantiam E/3409 «variis quidem modis».

**IV** 27 – Pag. 53, lin. 8: Loco «ecclesiasticae» ponatur «*hierarchicae*».
R. – Non admittitur; auctoritas ecclesiastica est hierarchica.
28 – Pag. 53, linn. 9 ss.: Textus videtur repetitio eorum quae dicta sunt intuitu «Catholicae Actionis» (1 Pater).
R. – Non admittitur; non sunt mera repetitio, sed explicatio.
29 – Pag. 53, lin. 11: Dicatur «*approbantur* vel *eriguntur*», quia vox «agnitio» aequivoca est (1 Pater).
R. – Non admittitur; determinatio ulterior iuridica in textu de industria vitatur.
30 – Pag. 53, linn. 14 ss.: Omittantur verba «immediate finem spiritualem intendentibus». Vox ambigua est; videtur limitare campum actionis apostolicae et Actionis Catholicae (1 Pater).
R. – Non admittitur; hierarchia non assumit responsabilitatem, de qua in loco, in inceptis quorum finis immediate temporalis est.
31 – Pag. 53, linn. 17-25: Deleatur *totum comma*, quia nimis coarctat libertatem et aequalitatem laicorum (2 Patres).
– Pag. 53, linn. 23-25: Deleantur lineae de mandato. Res theologice controversa est (1 Pater).
R. – Non admittitur; est contra textum a maiore parte Patrum approbatum.

I [n. 19-20, **13**, 23 – **14**, 4]

mode ordinando,
suo proprio
apostolatu arctius coniungit,
24 servata tamen propria
natura et mutua distinctione
**14** utriusque,/neque laicorum abla-
ta necessaria facultate sua spon-
te agendi.
2 Huiusmodi actus
manda-
tum appellatur.[3]
[20] Ecclesia consuevit lai-
4 cis munia quae**d**am committere,
quae proprie ad ip-

II [n. 18, **16**, 13-18]

mode ordinando,
suo proprio mune-
ri apostolico/arctius coniungit, 14
servata tamen propria
natura et distinctione
utriusque,/neque laicorum abla- 15
ta necessaria facultate sua spon-
te agendi.
Huiusmodi/actus 16
*manda-*
*tum* appellatur.[15] [H]
[J] Denique sacra Hierarchia lai- 17
cis munia quaedam committere
con**s**uevit, quae propius cum of- 18

**I**[3] [Cf. Adnexum I, *schema*, n. 19 nota 3; *in brevi vide* **II**[15]].

**II** [15] Ad distinguendas notiones mandati et missionis canonicae sequentia notanda sunt: *Mandatum* de quo hic iuxta nominis acceptionem a Summis Pontificibus ac plurimis Episcopis nostris hisce temporibus adhibitam agitur, est actus auctoritatis ecclesiasticae quo ipsa, assumens specialem responsabilitatem alicuius formae organizatae apostolatus laicorum in finem spiritualem intentae, suam quoque missionem ei impertit, sic integrans apostolatum laicorum apostolatui Hierarchiae velut unum continuum cum eo, servata tamen propria natura et mutua distinctione earum.
*Missio canonica* in nostro contextu est actus auctoritatis ecclesiasticae quo laicis committuntur aliqua munera quae propius cum officiis Hierarchiae cohaerent. Non agitur de delegatione potestatis sive ordinis sive iurisdictionis, sed solum de usu laicorum ad aliqua munia clericalia sive ob defectum copiae clericorum, sive ob maiorem peritiam laicorum in aliquo definito campo actionis. Hisce in casibus laicus vere participat apostolatum hierarchicum, sed, cum agatur de activitate ad laicum non pertinente, plene dependet ab auctoritate delegante in exercitio sui muneris. Haec activitas dicitur apostolatus laicorum non ratione obiecti, sed solum ratione subiecti, sc. quia laicus exercet.
In hoc ergo *differt mandatum a missione canonica*, quod, cum per missionem canonicam laicis committantur actus clericales circa quos ipsi nullam habent competentiam propriam, per mandatum Hierarchia sibi unit activitates apostolicas proprie laicorum quas ipsi possunt sponte sua exercere. Mandatum ergo datur non ut ipsi possint agere simpliciter et proprio nomine – quae facultas eis semper est – sed ut possint agere etiam nomine auctoritatis ecclesiasticae et coniunctim cum ea.

**II** [J] *De missione canonica.* Aliqua Conferentia Episcopalis [E/307] vellet ut singillatim addantur munia quae laicis committuntur, nempe «in actibus liturgicis, ut verbi Dei praedicatione, in cura animarum, in administratione bonorum temporalium Ecclesiae», quae antea in nota habebantur.

R/ Commissio assentit huic observationi et addidit tria munia; quia autem agitur de exemplis, Commissioni non videbatur opportunum adiungere illum «in administratione bonorum temporalium Ecclesiae».

**III** (E) E/3409 insuper vellet ut comma de «mandato» omittatur, dum E/3312 saltem dubitat an retinendum sit. Quod tamen maiori parti Patrum displicet. Res cohaeret insuper cum iis quae in capite IV de Actione Catholica dicuntur.

E/3422 proponit ut saltem nomen «mandati» vitetur cum res sit controversa. Commissio ergo addidit «in variis documentis ecclesiasticis», ne controversias dirimere videatur. Idem Pater (E/3422) adnotat distinctionem inter significationem mandati singulis dati et coetibus dati. Commissio ideo omittendum censuit [lin. 11] «sive a singulis sive a coetibus». Quia, ut eiusdem Patris ob-

| | III [n. 24, **53**, 19-27] | | IV [n. 24, **626**, 15-21] | |
|---|---|---|---|---|
| 19 | mode ordina*ns, aliquam eius* | | mode ordinans, aliquam eius | |
| 20 | *formam* cum suo/proprio mune- | | formam cum suo proprio mu**n**e- | 16 |
| | re apostolico arctius coniungit, | | re apostolico arctius coniungit, | |
| 21 | servata tamen utriusque propria | | servata tamen utriusque propria | |
| 22 | natura et di**s**tinctione, | | natura et /distinctione, | 17 |
| | nec *proinde* laicorum abla- | 32 | nec proinde laicorum abla- | |
| 23 | ta neces**s**aria facultate sua spon- | | ta necessaria facultate sua spon- | |
| | te agendi. | | te/agendi. | 18 |
| 24 | *Qui* actus/*Hierarchiae in variis* | 31,33 | Qui actus Hierarchiae in variis | |
| 25 | *documentis ecclesiasticis*/man- | | documentis ecclesiasticis man- | |
| | datum appellatur (E). | | datum/appellatur. | 19 |
| 26 | Denique Hierarchia lai- | | Denique Hierarchia laicis | 20 |
| 27 | cis munia quaedam/committit, | | munia quaedam committit, | |
| | quae propius cum of- | | quae propius cum/of- | 21 |

---

servationes documentatae ostendunt, etiam Nota de mandato quaedam inconvenientia continebat, Commissio suppressit Notam.

Aliqui Patres E/3282 et E/3305 profundiores rationes theologicas «mandati» et «missionis» desiderant; sed hoc videtur excedere limites huius decreti praevalenter practici, et aggrederetur res controversas quas dirimere Commissio non intendit.

**IV** 32 – Pag. 53, linn. 22-23: Deleantur verba «nec proinde laicorum ablata necessaria facultate sua sponte agendi»; saltem tollatur verbum «sua sponte». Secus phrasis est ambigua et periculose debilitantur antea dicta; sapit timorem illegitimum clericalismi (1 Pater). – Pag. 53, lin. 23: Alius Pater: dicatur loco «sua sponte», vel «*per seipsos*» vel «*directe*» (1 Pater).
R. – Non admittitur; doctrina proposita consonat cum cap. IV Constitutionis Dogmaticae «Lumen Gentium».
33 – Pag. 53, linn. 24-25: Scribatur: «… Hierarchiae *ex quibusdam* documentis ecclesiasticis mandatum *appellari potest*» (15 Patres).
R. – Non admittitur; sensus approbatus ita mutaretur.

I [n. 20, **14**, 4-8]

sam Hierarchiam pertinent.[4]

5 Vi huiusmodi missionis, quae
canonica appellatur laici ip-
6 sius/Hierarchiae apostolatum
suo modo participant, et,
7 quoad muneris/collati exerci-
tium, plene subduntur superio-
8 ris ecclesiastici mode**r**ationi, et
eorum apostolatus officialis in
Ecclesia fit.
[cf. n. 83, p. 45, ln. 14-19]

II [n. 18, **16**, 18-22]

ficiis Hierarchiae cohaerent, [K]
ut in actibus/liturgicis, in verbi 19
Dei praedicatione,

in cura animarum.[16]
Vi huius *missionis*, quae 20
*canonica* appellatur, [N] laici ip-
sius Hierarchiae apostolatum
suo modo participant, [L] et, 21
quoad muneris collati exerci-
tium, plene sub**d**untur superio- 22
ris ecclesiasticae moderationi.
[M]

[cf. p. 15, ln. 21-27]

---

**I** [4] S. C. de Prop. Fide 21 iul. 1841: Collectanea SCPF, I, n. 928, p. 521; et Ad Episcopos Mexicanos, 23 dec. 1927.

**II** [16] Munia quae Sacra Hierarchia laicis committere consuevit versantur circa:
a) *Actus liturgicos*: Plures functiones liturgiae quae Ordines Minores spectant actu delegantur laicis sacristis vel acolytis. In terris missionum vel ubi persecutio grassatur amplius dantur concessiones hac in materia.
b) *Verbi Dei praedicationem*: De obligatione Parochi ad aggregandos sibi etiam laicos si opus fuerit ad catechizandos pueros, vide CIC can. 1333 § 1. In missionibus vero verbi Dei praedicatio maxima ex parte catechistis committitur.
c) *Curam animarum*: De necessitate curae animarum partes laicis selectis committendi in ipsis nationibus catholicis, vide Pii XII nuntium radiophonicum ad Congr. Cath. Magontinum: *A.A.S.*, 40 (1948), pp. 419, 420. In terris missionum vero laici catechistae canonica missione muniti, sunt velut pastores animarum, qui omnia munia pastoralia exercent solis exceptis iis quae ordines sacros exigunt.

---

**II** [K] Unus Pater [E/427] petit ut loco verborum «quae proprie ad ipsam Hierarchiam pertinent» ponantur «quae membris Ecclesiae ex se non competunt».

R/ Post aliquam disceptationem, Commissio potius hanc formulam adhibere censuit: «quae propius cum officiis Hierarchiae cohaerent».

[L] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/325] optat ut vitetur expressio «participatio laicorum apostolatus hierarchiae»; et loco eius dicatur «cooperatio specialis et officialis» vel aliquid simile.

R/ Respondet Commissio, hic in casu missionis canonicae re vera agi de «participatione».

[M] Sex Patres [E/2254] vellent ne dicatur per missionem canonicam laicorum apostolatum fieri *officialem* in Ecclesia; vel sensus huius vocis «officialis» accuratius determinandus esset, omnis apostolatus enim quodam sensu «officialis» dici potest propter mandatum in sacramento Confirmationis contentum.

R/ Unde libenter expungenda censuimus: «eorum apostolatus officialis in Ecclesia fit».

[N] Aliquis Pater [E/280] optat ut quoad missionem canonicam, scilicet quoad munera quae ad clerum ex natura sua pertinent sed laicis permittuntur, maiores possibilitates in praxi concedantur.

R/ Re vera exempla non sunt exhaustiva; pendet ab auctoritatibus localibus,

| III [n. 24, **53**, 27-36] | IV [n. 24, **626**, 21-26] |
|---|---|
| 28 ficiis Hierar**c**hiae *coniuncta* sunt, | 34 ficiis *pastorum* coniuncta sunt, |
| ut in *pro-* | ut in pro- |
| 29 *positione doctri**n**ae christianae*, | positione doctrinae christianae, |
| 30 in *quibusdam* actibus liturgi**c**is, | in/quibusdam actibus liturgicis, 22 |
| in cura animarum. | in cura animarum. |
| Vi huius missionis | Vi huius missionis |
| laici | laici |
| 31 quoad muneris exer- | quoad/muneris exer- 23 |
| citium plene subduntur | citium plene subduntur |
| 32 superio- | superio- |
| ri ecclesiasticae moderationi (F). | ri ecclesiasticae moderationi. |
| 33 *Quod attinet* ad oper*a* et insti- | Quod attinet ad oper*a* et insti- 24 |
| 34 tution*es* or**d**inis temporalis, mu- | tution*es* ordinis temporalis, mu- |
| 35 nus ecclesiasticae Hierar**c**hiae (G) | nus eccle**s**iasticae Hierarchiae 25 |
| est authentice inter- | est docere et authentice inter- |
| 36 pretari et enucleare/ordinis mo- | 36 pretari |

e. g. in missionibus, ampliores facultates concedere.

**III** (F) Secuta observationes E/3422; ne in res inter canonistas controversas ingrediatur, Commissio omisit verba «quae canonica appellatur» et «ipsius Hierarchiae apostolatum suo modo participant». Loco «verbi Dei praedicatione», melius dicitur «in propositione doctrinae Ecclesiae». Admittitur correctio a duobus Patribus E/3313 et E/3391 proposita, ut ante «liturgicis» dicatur «quibusdam». Etiam hic deletur Nota de missione canonica, ex simili ratione ac supra de mandato.
(G) Ut distincta competentia Hierarchiae appareat in ordine religioso et temporali, comma de ordine temporali in fine numeri ponitur.

**IV** 34 – Pag. 53, lin. 27: Loco «cum officiis Hierarchiae» scribatur: «cum *Pastoribus*» (34 Patres). Unus Pater: scribatur «*Ordinariis*». Alius Pater: scribatur «*Episcopis*».
R. – Scribatur: «*cum officio Pastorum*».
35 – Pag. 53, linn. 36 ss.: Loco «ipsi fas est» dicatur: «*Ipsius etiam est*» (1 Pater).
R. – Non admittitur; nova formula est ambigua.
36 – Pag. 53, lin. 36: Expungantur verba «ad ea applicanda» vel dicatur: «*ad ea*

| I | II |
|---|---|
| | |

*docenda*». Ut vitetur periculum ingerentiae in quaestiones politicas etc. (1 Pater).

III [n. 24, **53**, 37-42]

ralis principia *ad ea*
*applicanda*; ipsi
37 etiam fas est iudicare, omnibus
38 rite perpensis/et auxilio adhibito
peritorum, de conformitate/ta-
39 lium operum et institutionum
40 cum principiis/moralibus et de-
cernere de eis, quae ad ordi-
41 nis/supernaturalis bona custo-
42 dienda et promoven**d**a requi-
runtur.

---

R. – Textus correctus est.

IV [n. 24, **626**, 26-29]

principia moralia/in rebus- 26
temporalibus sequenda; ipsi
etiam fas est iudicare, omnibus
rite/perpensis et auxilio adhibito 27
peritorum, de conformitate ta-
lium operum et/institutionum 28
cum principiis moralibus et de-
cernere de eis quae ad ordi-
nis/supernaturalis bona custo- 29
dienda et promovenda requi-
runtur.

I [n. 21, **14**, 9-17]

9 [21.]

[*Pastores et apostolatus laicorum*].

10 Semper meminerint/Episcopi, parochi, ceterique sacerdotes utriusque cleri officium
11 exercendi apostolatum esse proprium omnibus fidelibus sive
12 cle**r**icis sive laicis, et in aedificatione Ecclesiae lai-
13 cos speciales habere/partes, ita ut alii in eorum locum
14 substitui non possint, saltem/sine magno incommodo. Quapropter laicorum dignita-
15 tem et re**s**ponsabilitatem in Ecclesia agnoscant; una cum laicis
16 operandum/esse in Ecclesia et pro Ecclesia semper in mente
17 habeant; eorum/apostolatum impense promoveant; ma-

II [n. 19, **16**, 23-28]

19. 23

[*Pastores et apostolatus laicorum*].

Meminerint Episcopi,
pa**r**ochi, ceterique sacerdotes 24
utriusque cleri, officium
exercendi apostola**t**um esse pro- 25
prium omnibus fidelibus sive clericis sive laicis [A] et in aedi-
ficatione Ecclesiae lai- 26
cos speciales partes habere.

Quapropter [B]

una cum/laicis 27
operandum esse in Ecclesia et pro Ecclesia semper in mente
ha**b**eant; 28
ideo ma-

---

**II** [A] Alicui Patri [E/256] non placet ut modo ita generali dicatur «officium exercendi apostolatum esse proprium omnibus fidelibus sive laicis».

E converso alicui Conferentiae Episcopali [E/351] et quinque Patribus [E/458, E/2160, E/2254, E/2329**]** accurate proponitur res et maximi momenti indicant laicos opus Ecclesiae facere.

R/ Commissio ergo reliquit textum uti iacebat in redactione anni 1963.

[B] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/265] autem vellet ut insistatur in verbis «laicorum dignitatem et responsabilitatem *eorumque vis* in Ecclesia agnoscant».

R/ Haec sententia in schemate de Ecclesia assumpta est (cap. De laicis); cf. nota 17 nostri schematis.

**III** *Ad num. 25*: (A) Alicui Patri (E/3418) displicet tonus nimis paternalisticus numeri, praesertim in commate secundo, et proponit textum qui explicite paternalismum condemnat. Elementa «fraternitatis» et «dialogi» in textum introducti, votis E/3279, 3309, 3311, 3337 respondent, qui hanc difficultatem respiciunt. Ampliora tamen dicuntur in aliis textibus Concilii, v. g. Const. Dogm. *De Ecclesia*, cap. IV, et schema *De ministerio et vita presbyterorum.*

(B) E/3367 desiderat substitutionem verbi «proprium». In textu emendato dicitur ergo «commune».

(C) Item E/3367 desiderat ut post «Ecclesiae» addatur «etiam». Consentit Commissio. E/3305 praefert ut dicatur «laicos non esse auxilia pastoribus utenda, sed speciales partes habere». Sed haec consideratio in schemate reviso sufficienter exprimi videtur.

(D) Loco «militantibus», voto E/3280 respondens, textus nunc dicit «qui ad opera apostolica incumbunt».

| | III [n. 25, **54**, 1-10] | | IV [n. 25, **626**, 30-34] | |
|---|---|---|---|---|
| **54** | 25. | 37 | 25. | 30 |
| | [*De auxilio apostolatui laicorum* | | | |
| 2 | *a clero/praestando*] (A). | | | |
| | *Prae oculis habeant* Episcopi, | 38,39 | Prae oculis habeant Episcopi, | |
| 3 | parochi, ceterique sacerdotes | | parochi, ceterique sacerdotes | |
| 4 | utriusque cleri,/*ius* et officium | | utriusque/cleri, ius et officium | 31 |
| | exercendi apostolatum esse *com-* | | exercendi apostolatum esse com- | |
| 5 | *mune* (B) omnibus fidelibus sive | | mune omnibus fidelibus/sive | 32 |
| 6 | clericis sive/laicis, et in aedi- | | clericis sive laicis, et in aedi- | |
| 7 | ficatione Ecclesiae *etiam* (C)/lai- | | ficatione Ecclesiae etiam lai- | |
| | cos *proprias* partes habere.[3] | 40 | cos proprias/partes habere.[3] | 33 |
| 8 | Quapropter *fraterne* | 41,42 | Quapropter fraterne | |
| | cum laicis | | cum laicis | |
| | oper*entur* in Ecclesia et | | operentur in Ecclesia et | |
| 9 | pro/Ecclesia, *specialemque* curam | 43 | pro/Ecclesia, specialemque curam | 34 |
| 10 | *habeant* laico*rum*/*qui ad opera* | 44 | habeant laicorum in eorum ope- | |
| | *apostolica incumbunt* (D).[4] | 45,46 | ribus apostolicis.[4] | |

